

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia d  
cum uariis

Que est ista auiditas concupiscencie, cum et ipse belue habeant modum? Tunc enim rapiunt quando esuriunt, parent uero prede cum senserint satietatem. Insatiabilis est sola auaricia diuitum. Semper rapit et nunquam satiatur; nec Deum timet, nec hominem reueretur, nec patri parit, nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem seruat. Viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in seruicium reuocat, testimonium falsum profert. Res mortui occupantur; quasi et qui faciunt non moriantur. Que est illa animarum insania: amittere uitam, appetere mortem, acquirere aurum et perdere celum?

Augustinus de uerbis Domini.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

parent] parcunt P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; senserint] senserit V<sup>1</sup>; quasi] quare P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
moriantur] moriuntur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>